

PARTICIPIA

- 1) *participium attributivum* – imiesłów pełni tylko funkcję przydawki (jest równoważnikiem zdania przydawkowego i odpowiada na pytania „jaki?”, „który?”):
 - Peracti labores iucundi sunt.
 - Pisistratus primus Homeri libros confusos antea sic disposuit, ut nunc habemus.
 - Oppidum Segesta ab Aenea fugiente a Troia conditum est.
 - 2) *participium praedicativum* – imiesłów pełni funkcję dopełnienia.
 - a) *part. praes.* po *verba sentiendi* oraz czasownikach *facio, fingo, induco*:
 - Aristides animadvertit quendam scribentem.
 - Xenophon facit Socratem disputantem.
 - b) *part. perf.* po czasownikach *habeo, teneo* (dla uwydatnienia trwałości stanu):
 - Caesar equitatum ex omni provincia coactum habuit.
 - Hostes urbem captam tenebant.
 - c) *part. fut. pass. (gerundivum)* dla wyrażenia celu po czasownikach *do, trado, (per)mitto, relinquo, accipio, curo*, itp.:
 - Conon muros dirutos a Lysandro reficiendos curavit.
 - Urbs militibus diripienda tradita est.
 - 3) *participium coniunctum* – imiesłów – stojący w związku zgody z podmiotem zdania nadrzędnego – zastępuje podrzędne zdanie okolicznikowe (jest równoważnikiem zdań okolicznikowych):
 - a) czasu: Dionysius tyrannus Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat.
 - b) przyczyny: Dionysius tonsores metuens filias suas tondere docuit.
 - c) przyzwolenia: Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere solemus.
 - d) warunku: Quis potest mortem metuens esse felix?
2. Określ funkcje imiesłowów. *Participium coniunctum* zastąp ekwiwalentnymi konstrukcjami.
- a) Cincinnato aranti nuntiatum est eum dictatorem factum esse.
 - b) Est elephantum manus per quam data suscipit et ori suo voranda transmittit.
 - c) Temeritas est florentis aetatis, prudentia senescentis.
 - d) Leonidas pro patria fortissime pugnans occiditur.
 - e) Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentis,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.
Ἦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῆδε
κείμεθα τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.
 - f) Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes.
 - g) Occiditur ad balneas Pallacinas rediens a cena Sextus Roscius.
 - h) Caesar questus quod bellum sine causa intulissent, ignoscere imprudentiae dixit obsidesque imperavit.
 - i) Alexander Achillem sibi imitandum proposuerat.
 - j) M. Catonem vidi in bibliotheca sedentem multis circumfusum Stoicorum libris.
 - k) Virtus quae venientibus malis obstat fortitudo nominatur.
 - l) Videor enim mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem. Cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium.
 - m) Opto, ut moriens populum Romanum liberum relinquam.
 - n) Risus ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus.
 - o) Quis est qui, totum diem iaculans, non aliquando colliniet?

CONIUGATIO PERIPHRASTICA ACTIVA

1. Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit, primum quia magnum et atrox variaque victoria fuit, dein quia tunc primum superbiae nobilitatis obviam itum est. (Sallustius)
 2. Quid timeam, si aut non miser post mortem aut beatus etiam futurus sum? (Cyceron)
 3. Sublato enim tyranno tyrannida manere video. Nam quae ille facturus non fuit, ea fiunt (Cyceron)
 4. Sacrificio Apollini facto inchoatas in uestibulo columnas, quibus imposituri statuas regis Persei fuerant, [Aemilius Paulus] suis statu is uictor destinavit. (Liwiusz)
3. Określ funkcje participiów i zastąp je ekwiwalentnymi konstrukcjami:
- a) Re consentientes verbis discrepamus.
⇒
 - b) Verum dicentibus facile cedam.
⇒
 - c) Haec locutus aciem instruxit.
⇒
 - d) Violati foederis poenas dabis.
⇒
 - e) Ad mortem eunti obviam factus sum.
⇒
 - f) Cenato mihi et dormitanti epistula tua reddita est.
⇒
 - g) Pietate adversus deum sublata fides etiam tollitur.
⇒
 - h) Militibus expositis naves remittebantur.

CONIUGATIO PERIPHRASTICA PASSIVA

1. De gustibus non disputandum.
2. Hodie vobis iudicandum est de vestra vita et de fortunis omnium nostrum.
3. Apud Pythagoram discipulis quinque annos tacendum erat.
4. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. (SEN. Ep. 3.2)
5. Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. (IUV. 10.356)
6. Non corpori solum serviendum est, sed multo magis menti atque animo.
7. Quod erat demonstrandum. Pacta sunt servanda. Sapientia ars vivendi putanda est.
8. Quod probat multitudo, hoc idem doctis probandum est.
9. Nihil sine ratione faciendum est. (SEN. Ben. 4.10.2)
10. Non ferunt homines quod videtur tamen esse ferendum.
11. Honestas divitiis praeponenda est, pietati summa tribuenda laus.
12. Aliquis vir bonus nobis diligendus est ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante vivamus et omnia tamquam illo vidente faciamus. (SEN. Ep. 11.8)
13. Ut desint vires tamen est laudanda voluntas. (OV. Pont. 3.4.79)
14. Magna diis immortalibus habenda est gratia atque Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis.

15. Quam multi poetae dicunt quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda! (SEN. Ep. 8.8)
16. Non est hoc dissimulandum, sed prae nobis ferendum: trahimur omnes studio laudis et optimus quisque gloria ducitur.
17. Lex est ratio summa, insita in natura, quae iubet ea quae facienda sunt prohibetque contraria.
18. Omnibus nobis moriendum est, sed multi philosophi dicunt mortem contemnendam esse.
19. Resistendum, Laeli et Scipio, senectuti est, eiusque vitia diligentia compensanda sunt; pugnandum tamquam contra morborum vim sic contra senectutem, habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis. (Cic. Sen. 11)
20. O miserum senem qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non viderit! quae aut plane negligenda est, si omnino extinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit ubi sit futurus aeternus. (Cic. Sen. 66)
21. Etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum iisque maior quam antea tribuenda auctoritas.
22. Ratio docet et explanat, quid faciendum fugiendumque sit. (Cic. Off. 1.101)
23. Vivere tota vita descendum est et, quod magis fortasse miraberis, tota vita descendum est mori. (SEN. Dial. 10.7.3)
24. Eloquentiae studendum est, etiam si quidam et privatim et publice perverse ea abutuntur.
25. Fortes et magnanimi sunt habendi non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.
26. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. (Cic. Cat. 2.11)
27. Utendum est aetate: cito pede labitur aetas,
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit. (Ov. Ars 3.65-6)
28. Hi mihi doctores semper placuere docenda
qui faciunt, plus quam qui facienda docent.
29. Ut enim medicorum scientiam non ipsius artis, sed bonae valetudinis causa probamus, et gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet, utilitate, non arte laudatur, sic sapientia, quae ars vivendi putanda est, non expeteretur, si nihil efficeret; nunc expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et comparandae voluptatis. (Cic. Fin. 1.42)
30. Omnia sunt profecto laudanda quae coniuncta cum virtute sunt, et quae cum vitiis, vituperanda. Quam ob rem finis alterius est honestas, alterius turpitudinem. (Cic. Part. 71)

Sposoby wyrażania konieczności, powinności, potrzeby

Konieczność i powinność wyrażamy za pomocą:

1) wyrażen *nesesse est*, *necessarium est*, *oportet*, *opus est* + inf., ACI, lub + ut, które jednak często się opuszcza, np.

- + inf.: Qui id quod vitari non potest metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest; sed qui non modo quia nesesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit. (Tusc. 2.2)
- + ACI: Eos sanos quoniam intellegi nesesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit, qui contra adfecti sint, hos insanos appellari nesesse est. (Tusc. 3.11)
- + con.: Quod semper movetur, aeternum est; quod autem motum adfert alicui quodque ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat nesesse est. (Tusc. 1.53)

N.B. Wyrażenie *nesesse est* ma również składnię *nesesse est alicui facere aliquid*, np.:

- Homini nesesse est mori.
- Ac si considerare coeperis utrum magis mihi hoc nesesse fuerit facere an istud tibi (...) (Sull. 48)

2) składni *coniugatio periphrastica passiva*, np.:

- Nunc ego, iudices, iam vos consulo quid mihi faciendum putetis. (*Verr.* 1.1.32)
- Haec omnia mihi videntur esse laudanda. (*Caec.* 57)

4) czasownika *debeo, debere, debui, debitum* – być winnym, np.

- Quam ob rem id primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Numne, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? (*Amic.* 36)

5) wyrażenia *facere non possum quin (=ut non) + con.*, np.

- Facere non possum, ut te non laudem = Facere non possum, quin te laudem.
- Et ego ex tuis animadverto litteris et profecto tu ex meis nihil habere nos quod scribamus; eadem cottidie, quae iam iamque ipsa contrita sunt. tamen facere non possum quin cottidie ad te mittam ut tuas accipiam. (*Att.* 12.27.3)

Potrzebę wyrażamy za pomocą:

1) wyrażenia *opus est*:

- *opus est alicui aliqua re* (abl.) – jeśli to, czego potrzeba, wyrażone jest rzeczownikiem lub zaimkiem, np. Consilio tuo mihi opus est. Te tuae matri opus est.
- *opus est alicui aliqua res* (nom.) – jeśli to, czego potrzeba, wyrażone jest neutrum zaimka lub przymiotnika (wówczas związek zgody między podmiotem a orzeczeniem), np. Id mihi opus est. Haec nobis opus sunt. Multa mihi opus sunt.
- *opus est alicui + inf.* lub *abl. supini* – jeśli to, czego potrzeba, wyrażone jest czasownikiem, np. Agere opus est. Actu opus est.
- quid opus est? – na cóż potrzeba? do czego jest potrzebne? np. Quid opus est consolatione?
- nihil opus est – nie potrzeba, do niczego nie jest potrzebne, np. Nihil opus est oratore: satis est non esse mendacem (*De orat.* 2.51)